



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

54. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 51
eas possidere videtur, persolvat.

Ne fœnum & annona & vinum mittatur in
Ecclesia. *Ex eodem capit. CXLII.*

LIII. Ut nullus Presbyter annonam vel
fœnum aut vinum in Ecclesia mittere præ-
sumat. [*Vide Theodulf. c. 8. & Ahyton. c. 21.*]

Lib. 1. Capitu-
lar. c. 150.

De eadem re. *Ex dictis sancti Augustini
Episcopi.*

LIV. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad
quod est factum fiat. unde & nomen accepit.
Aut si fortè etiam aliqui propter horas consti-
tutas, si eis vacat & orare voluerint, eis non
sint impedimento qui ibi aliquid agendum pu-
taverint.

Item alibi.

In oratorio præter orandi & psallendi Dei
cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic
& opera jugiter impensa concordent.

Regula Tar-
nat. c. 15.
Burchard. lib.
3. c. 80.

Item de eadem re. *Ex dictis sancti
Benedicti.*

LV. Oratorium hoc sit quod dicitur, nec
ibi quicquam aliud geratur aut condatur.

Regula S. Be-
nedicti c. 52.
Burchard. lib.
3. c. 81.

Ut nullus in Ecclesia convivari præsumat.
Ex Concilio Carthaginensi.

LVI. Ut nulli Episcopi vel Clerici in Ec-
clesia conviventur, nisi fortè transeuntes hos-
pitij necessitate illic resideant. Populi etiam
ab hujusmodi conviviis, quantum potest fieri,
prohibeantur.

Burchard. lib.
3. c. 83.

D ij